



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis  
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev  
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

**Marca, Pierre de**

**Parisiis, 1669**

VIII. Alio etiam modo responderi potest; In dubio an Principibus hæc potestas competat, sedem apostolicam connivere. Quæ conniventia dispensationis vicem subit, si necessaria sit. Quæstio excitata, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15591**

laicorum consensu proficiuntur, ut recte obseruat Covarruvias. Ob quam rationem se forensem Gallorum usum non damnare profitetur de convenientibus Clericis coram judge seculari in actionibus realibus. Alij verò hunc nodum ita solvunt. Farentur ex possessione immemoriali, nec præscriptio-nis, nec consuetudinis titulo, rerum spiri-tualium administrationem laicis acquiri posse; attamen ex consuetudine præscripta, per possessionem illam immemorialem instru probationem privilegij à Summo Pon-tifice concessi. Itaque aiunt in hac specie sufficere ut allegetur titulus, id est, privile-gium à superiore indulatum. Ejus enim probatio sola possessione centenaria vel imme-moriali conficitur, etiamsi nullæ exhibeantur privilegij tabulae. Morosiores re-quirunt, ad summum, probationem famæ, quæ doceat privilegium illud concessionum fuisse: quamvis haec conditio à multis ne-cessaria non esse dicatur. In eum autem finem requiritur privilegij allegatio, ut con-ster, vel saltem censeatur, laico idoneita-tem seu capacitatem rei ecclesiastice tra-ctandæ, indultam fuisse à Summo Pontifice.

VII. Hunc loquendi modum secuti sunt Gallicani auctores Aufrerius & Benedictus, aliique pragmatici, qui ex privilegio sedis apostolicae Principibus nostris in plerisque ecclesiasticis negotiis jurisdictionem vindicant, & privilegij probationem è verutissima possessione petunt, in iis capitibus, in quibus desunt privilegiorum tabulae. Vnde Franciscus I. Constitutionibus editis pro-ficitur se privilegiis à Summis Pontificibus indulitis auctoritatem in quibusdam rebus consecutum esse. Hac privilegij allegatio-ne, cui adjecta erat verutissima possesso, jura sua à Decretalibus infraicta conservabat, juxta pragmaticorum Doctorum re-ceptam sententiam. Quare nulla est suggil-landi majores nostros relicta occasio, quod crimina quedam Privilegata dixerint, (qui mos loquendi retinetur etiam hodie apud omnia tribunalia) quodque Libertates Gal-licanas, Privilegia vocaverint. Id enim pro-fectum è doctrina interpretum Iuris, qui præscriptionem & consuetudinem inverterat rejiciebant in hac specie, nisi acce-deret privilegij allegatio, quo vitium per-sonæ laicæ non idonea ad spiritualia possi-denda purgaretur. unde privilegij vocem recte Principes nostri usurparunt. Neque enim si quod jus aliunde iis competebat, ut se his negotiis interponerent, novo privile-gio confusum vel abolitum erat, ut supra monimus ex Hincmaro, cap. 1. hujus li-bri §. ultimo. Licet enim jura cumulare, ut

docent interpretes, & privilegium adhibe-re ad munienda illa quæ jure communi com-petunt. Hoc autem loquendi modo id con-fecuti sunt, ut etiam Romanæ Curiæ lumen, Illustrissimum Cardinalem Bellarminum, ad juris nostri confirmationem hujus tituli specie traxerint, & Franciscum Suarem, li-cet alioqui Principum causæ sèpe minus æquum. Recitabo ejus verba: *Non audeo* *dammare usum talium privilegiorum; sed hoc* *apostolice sedi remitto. Nam etiam Cardinalis* *Bellarminus cap. 35. contra Barlaicum, cum ille* *diceret esse in Galia delicta quedam gravia* *qua. Privilegiata dicuntur, ipse responderet, ideo* *dici privilegiata, quia privilegio sedis aposto-licæ indulsum est Regibus Francorum ut ea deli-cta cognoscere possint. Quibus verbis videtur* *illam excusationem non improbare, sicut eam* *non improbat Julius Clares & Aufrerius, quos* *allegar.*

VIII. Ceterum etsi formulæ Pragma-ticorum satisfecerimus, Privilegiorum men-tione injecta, sinceror mihi videtur haec respondendi ratio, si mero jure regio in certis articulis, in aliis verò jure Patrocinij & Tuitionis, Principes ad se quamplurima olim traxisse dicamus, quæ à Summis Pon-tificibus perstricta non sunt; ab illis deinde aliquanto tempore cessasse, cum novis De-cretis sunt vetita; quorum cognitionem iterum resumperint, ad procurandam re-gnorum suorum ipsiusque Ecclesiae Gallica-næ salutem; hanc verò possessionem sine ulla interpellatione Summi Pontificis reti-nuerint ab aliquot seculis, hodiéque reti-neant. Quæ conniventia sedis apostolica id maximè præstat, ut bona fide Principes in eo negotio tractando versentur, quod ad se pertinere non improbabili ratione putant; ita ut patientia illa, si necesse sit, vi-cem privilegij & dispensationis subeat, etiamsi in singulis speciebus privilegium ex-hiberi non possit; quod tamen in gravioribus & majoris momenti capitibus, Regibus nostris non deest. Qua de re specialiter di-cemus sequentibus libris; ubi per capita ostendemus quæ hic per aversionem & ge-neraliter adnotamus. Huic autem cogni-tioni Principum faciles se præbent Summi Pontifices, vel ob maximam qua inde con-sequitur in Ecclesia Galicana utilitatem, vel ut viter offendit Principum, qui ægræ pa-terentur se ab ea auctoritate dejici quam hereditario jure à majoribus suis ad se trans-missam retinent, & inter præcipua regia Corona jura recensem.

Excitatur à quibusdam gravis quæstio, an ex tolerantia Papæ sequatur legitima præ-scriptio, qua Principes jura sibi tempore

L. 4. ff. ad legem  
Falc. Abbas in c.  
Post electionem  
De concil. præb.  
Felicis in c. In  
missa. num. 2.  
de refer.  
L. forma p. fin.  
ff. de censibus.

Savres l. 4. De-  
finit. Fidei c. 34.  
a. 29.

Commerciat Pra-  
dicti qualificati c.  
7. 1. 1.

Pergia. de Jure  
ficio 1. 1. 1. 1. 1. 1.  
41. Mistradus de  
prob. T. p. Conc.  
172. Monach.  
1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.  
46. 47. 48. Ca-  
rolo Medio in  
Conf. Pauli §. 7.  
p. 11. Petrus Bar-  
laic. 1. 1. 1. 1. 1. 1.  
C. decret. 30. vel  
40. 41. quis lo-  
gantur in genera  
de præficatione,  
quando objet in  
capitulo præfici-  
tum.

Yannet Faber.  
Actum in cast. de  
Poi. Secr. Super  
Radic. Vallensis 1.  
& 1. Apoll. pri-  
mit. Benedict. in  
verb. de exercit.  
Decr. 1. p. 141. Sc.  
144. 45. & seq.  
Cathol. la. con-  
sider. 1. T. des  
part. Carthus  
de Guille. lib. 2.  
Reg. Iust. cap.  
17.

Clerici. Des  
lit. c. Cato.  
De deb. il  
ram. c. 1.  
r. De cont.  
Clerici. Di  
c. 1. 1.  
c. 1. 1.

